

248

PRÆSIDEM
Regiæ Civitatis Thoruniensis
Magnificum,
V I R U M
Nobilissimum atque Amplissimum
D O M I N U M
GEORGIUM
AUSTENIUM,
Præ-Consulem gravissimum
Prudentissimumque,
Nec non
Nobilissimi Judicij Terrestris Culmensis
Assessorem dignissimum,
Fatali totique Urbi luctuoso casu
A.C. M. DCCXVI. d. 20. Octob.
extinctum,
Solenni Exequiarum Die,
Qui erat 28 Octobris,
E P I C E D I I S
Observantiam, Honorem & Amorem
Contestantibus,
Ex debito sed contra Votum
prosequitur
MINISTERIVM THORVN. EVANGELICVM.

THORUNI,
Impressit Joh. Nicolai, NOB. SENAT. & GYMN. Typ.

LIBRARIÆ ET IMPRESSARII

Johann. Nicolai



Heu! Quæ THORUNUM, viduatum PRÆSIDE digno,
signa dat ærumæ, mœstiaque gravis!
Mœstia dat signa gravis, sicilice repente
Dum PATRIÆ PATREM mors violenta rapit.
O INFESTA DIES, (*) nigroque notanda colore!
HUIC quæ struxisti busta cruenta VIRO.

Militis ah! globus male fidus traxit ossa
Momento, sensim provocat atque necem, (†)
Illi, cui PYLIOS optabat quisque CURULES,
PRÆSIDE eo porro stareret ut alma salus.
Præterea, sanus qui corpore, menteque firmus,
Spondebat vita stamina longa sua.
Discite MORTALES, quod fluxa caducaque cuncta,
Pendeat & filo vitaque forsque levi.
Tu vero PRÆSES, cita quem mors invidet Urbi,
Urbi Amor, Veri Justitiaeque tenax;
Orbe malo, DOMINO SIC DISPOSENTE, reliquo,
Nunc fruere aternis, post tua fata, bonis.

Piis Manibus
Nobilissimi PRÆSIDIS, Patroni desideratissimi,
mæstamente hæce ponit
EPHRAIM PRÆTORIUS, Rev. Minist. SENIOR.

FERREA nunc merito dicuntur Secula volvi:
Nunc omni floret ferrea planta solo.
Regia nunc merx est, & habetur amabile FERRVM,
Scilicet & pensat munera fulva CHALYBS.
In corruptelas exhaustum deficit AVRVM,
Usurasque gemens Insidiasque, perit.
ARGENTUM quoque jam sit Mercuriale, fugitque:
Et NUMMI nostros erubuere dolos.
Non igitur mirum CHALYBIS si pondere stratus (†)
PRÆCONSVL, qui jam ferrea secla fugit.
At nunc ARGENTO FERRVM MVTAVIT ET AVRO,
Sidera dum Cceli, Sidus & ipse, tenet.
Nam licet extensus FERRO consumserit Ævum,
AVREVS & mollis Pectore semper erat.

Ultimo Honori B. PATRONI

SAMUEL Schönwaldt/Ecc. Neopol.

†] Casu plane inopinato,
globulis sclopeti altero
pede fixus, cecidit B.
PRÆCONSVL.

PLangite, vos Cives, invisaque funera flete!
Occubuit Präfus, Thoruniente Decus.
Vir bonus & Prudens, Sedator juris & equi,
Qui justæ cives rexist, amore Patris.
O Vir Præcellens! Ecce nos deseris omnes?
Ecce tam subito Te vocat hora necis?
Sic placuit Domino, sic fert Divina voluntas,
Magni quam cuncti semper habere student.
Ergo, summe Deas! liber qui cuncta gubernas,
Non reliquos Patriæ subripe morte Patres.
Defuncto placidam nostro concede quietem,
Ac illum cumula prosperitate tua.

Hæc pauca apposuit gravi agitatus morbo
CHRISTOPH. RADZKI, Ecc. ad D. Mar. Pol.

DThorn/nimm deinen Schmuck/verhüll ihn in ein Flor!
Weil dein Haupt schwer verwundt auf schwärzer Baare siehet;
Beträuet diesen Fall/ der euch so nahe gehet/
Ihr Väter dieser Stadt/ und die Ihr sitzt im Thor! [*]
Ists nicht ein sonderl. Fall/ der uns macht ganz bestürkt?
Ein Fall/ der niemahls ist also bey uns geschehen/
Ach/ dass man solchen nicht auch jetzt härt dürffen sehen!
Ein Schuss hat unserm Haupt das Leben abgekürzt.
Ihm war der lincke Fuß doch scharf und tief verwundt/
Die Schmerzen häufsten sich/benahmen Ihm die Kräfte/
Nichts halß der Arzte Fleiß/ nichts Pfleister/Kräuter/Säfste/
Nach zweyen Wochen starr' u. Ihm Augen/ Herz und Mund.
Ist das der Dank/ das Er so treulich hat gewacht/
Er/ Edler PRÆSIDENT, den GOTT zum Haupt uns setzte?
Wie wird sein Erstes Jahr im Mittel woon das Letzte/
Und giebt so unverhofft uns allen gute Nacht?
GOTT wend' die Deutung ab: Hängts mit den Pfeilern an/
So kan der ganze Bau gar leicht zerissen werden;
Sinct unser Haupt dahin und fällt verwundt zur Erden/
So ists zulich auch bald gar umb den Leib gethan!
Der/ so in seiner Hand Tod und auch Leben hat/
Verbind' ob diesem Fall die tiefen Herzens-Wunden/
Er gönne nach schwerer Traur viel süsse Freuden-Stunden/
Erhalte Haupt und Leib/ und schütz die ganze Stadt!
Voll herzliches Mitleydens setze dieses bey

Daniel Kochler/

Prediger zu S. Marien.

*) Eine hebräische Redens-Art/ denn die Altesten hielten Gericht im Thor.

Mas hat ein Christ für Trost in allein seinem Leiden?
Der grosse Paulus lehrt/ das Leiden dieser Zeit
Sei zeitlich/ leicht und bring die grösste Herrlichkeit:
Wenn wir aus diesem Hau' des Leibes-Hütten scheiden/
Wicht Gott die Thränen ab/ die hier sind ausgepres/
Er nimmt die Seel hinauff aus diesem Jammer-Nest/
Er setzt sie in den Bau/den Er selbst hat erbauet/
Ein Bau der ewig ist/den keine Hand gemacht.
Was wunder/wenn ein Christ nach solcher Heynath tracht?
Dieweil sein Edler Geist nur in den Himmel schauet/
Die Ewigkeit betracht/ und mit erleuchtetem Sinn
Das Leiden/ ja den Tod nur schätzt für sein Gewinn.
Nun schlage/ lieber Gott/ so viel es Dir gefällt/
Auf dieses Sünden-Fleisch/ und zieh den Geist hinauff/
Dass er/was sichtbar ist/ vergess; und seinen Lauff
Zum unsichtbaren Gut mit allem Ernst anstelle.

Dein

ein Leiden seilger Mann/ war gross/ doch kurz und leicht :
Kurz/ weil es nun so bald durch Gottes Rath hinweicht.
Du Vater unser Stadt wirst billig sehr beklaget/
Weil Dein gerecht Gemüth uns grosse Hoffnung gab :
Die Hoffnung fleucht dahin/ und Dich legt man ins Grab !
Doch du hast abgelegt/ was uns noch immer plaget/
Und hast erreicht das Ziel/ das uns vor Augen liegt
Dein Kampf hat nun ein End' und hast schon obgesiegt.

Dieses Wenige fügte hinzu aus Schuldigkeit

Joh. Reinh. Böhm /
Prediger in der Neustadt

D. GEORGIUS AUSTEIN, PRAES. M. agnificus C. civitatis T. horunensis.

Per anagramma purissimum :

ICTVS ASSVRGAM PEDE INTEGRO.

Pio hocce augurio
et o nine ex nomine
Votum nuncupavi devotum.

Tunc
a Patrono
inter acutissimos dolores
serena fronte lectum est,
relectum ;
nunc
ab auctore
ingenti cum dolore
rejectum,
lusu ab eventu eluso.
Minimum hoc.

Maximum :
augustissima Civium spes elusa,
qui,

felicissimo PRÆSIDE infelicitissime extinto,
magnō præsidio destituti,
infelia sua fata
mœstisime ferunt.

Nec est de nihilo multorum metus,
in tanto funere multo peiora portendi,
ubi

prolixam timoris
pusillam spei

materiem

ferrea ministrat ætas,

& urbem

magis indies avito splendore reddunt
orbam

irata cœli terrarumque Numina.

Qui rebus adeo confractis sustinebit Curia,
Columna primi ordinis tam subito ruente ?

Plangite

Plangite Cives !
Lugete omnes boni Statorem cadentem !

quem

Dictatorem perpetuum ,

[absit invidia]

nemo bonus recusasset ;

fero Quatuor viratui admotum ,

sero cœlo vindicandum ,

si fata votis respondissent .

Quo primum Praefide ,

summa pericula ,

aris focisque nostris impendentia ,

sapienter , feliciter ,

repressa , propulsa ;

is ipse

vita periculo non evadit :

qui

auro argentove

frangi , abripi nescius ,

insuperabili iustitia , fide , & ardentis in publicam felicitatem studio ,
in vita

plurimum omnibus bonis profuit ;

plumbo ferali

fractus , abruptus ,

iniqua morte

plurimum omnibus bonis nocet ;

dum

curis praest & consiliis

de milite alendo ,

ab incurioso milite perit ,

glande traiectus

inconsulto .

Ohe

Indignum Patre patriæ benemerentissimo redhostimentum !

Tot curarum præmio ,

aurea pace ,

perfrui dignum

in primis ,

Mars

in extremam victimam

suffuratur .

Scilicet

beatissima mens

præsaga ,

pacem Curiæ nostræ curas minime fore ablaturam ;

immo ,

quas

diuturnum sequestraverat bellum ,

novo tunc impetu irruituras ,

in pacem avolat æternam .

Reliquum mortalitatis

in dormitorio avito

placida fruitur quiete ,

dum

explebitur augurium ,

VT ASSVRGAT INTEGERRIMVM .

Adeste

Adeste! Cives!

&

in

Simulacrum boni Præsidis
ultimum intuemini,
adversis suis
ingentia præter in vos promerita
in seram posteritatem
memoratissimi.
Vestra interest,
plures sic deflери.

Venerationis
pietatis
luctusque
M. H. P.

C. H. A. GERET, Eccl. Marianus.

OMnia sunt hominum tenui pendentia filo:
Sic vates canit & litera sacra docet.
Fluxæ sunt gazæ. vis præstans corporis atque
Mentis mutatur, forma caduca perit.
Sic etiam vita est hominum, quæ floris ad instar
Decidit & sicut labilis umbra fugit.
Eheu! quam varii morbi, quam multa pericla,
Quam varii casus insidiantur ei.
PRAESES, cui vitam longævam quisque precatus,
Insolito casu fata repente subit.
Lugent Defunctum cives, quem publica cura
Impulit afflictis emolumenta dare.
Aet illum Domino placuit cito tollere mundo,
Ac Paradisiacis, accumulare bonis,

Hicce comitari voluit
MICHAEL BOGVSL. RVTTICH,
Eccles. ad S. Georg.

Quem fortuna favens ad magnos vexit honores,
Culmine de summo trux Libitina rapit.
Dignus Pro-Consul, qui multos viveret annos,
Fatali casu morte peremptus abit.
Desit infelix **PRAESES** præesse caducis,
Nunc magis aet felix dum capit astra poli.
Gratia conservet reliquos divina Regentes,
Casibus aversis, ut bene quæque fluant.

*Hicce paucissimis Manes pios
generatur*
JOHANNES HELD
Past. Gurskenf.